

Danubius, pontemque diu indignatus herilem,
Mavult esse tuum, & totum tibi destinat omni in
Quo in septemgeminis demittit in aequora rivis,
Et tot per populos ac disita littora voluit.

Exemplar magno fluviorum larga minorum,
De patre turba capit; pineti Nabus alumnus,
Et Laberis gyro currens brevior, feraxque
Reginus, de quo Reginis nomina castris.

His praeceptis accipiet Isar, Clanis amne recepto
Vindelici, rapidasque Aenus qui torquet arenas,
Et qui bacciferas Ilus fert gurgite conchas,
Quorum te calidis creber vocat accola votis,
Indocilesque animo dominis servire coloni.

Poscentesne vides tua tela, ut dextera, falces
Quae tulerat curvas, gladios tibi gestet acutos,
Et libertatem sanctae pietatis ademptam,
Quod precibus nequirit, vel ferro vindice quaerat?
Maeste, experta tuas satis ante est Rhetia vires,
Deplorat Bojus, timet Austria, Pannonae optant.

Quicquid agis vero, properes licet amnis ut
alta

Qui scatebras excaute trahit, spumante susurro
Littora littoribus raucis collidit, & agros
Permeat irriguos undis majore procella,
Tardus ades, rapidis Princeps velocior astris,
Ante